

Impressum hoc. Tem

INSTRVCTIONES AD PROVINCIALES ET SVPERIORES SOCIETATIS.

Auctoritate Congregationis VII.

ut Directiones tantum,
seorsim impressæ.



ANTVERPIÆ,
Apud JOANNEM MEURSIUM.
M. DC. XXXV.
SVPERIORVM PERMISSV.

SVPERIORIBVS SOCIETATIS.

CONTRACTIS paucis è multis Instructionibus tam à P. N. Claudio p. m. quam à Patribus in VI. Congregatione deputatis, conscriptis; reductisque in librum Ordinationum, quæ vim Legis habeant in posterum; quæ reliquæ erant, intactas censuit VII. Congregatio retinendas esse, ac seorsim imprimendas, ad Superiorum directionem, quibus non parùm in suâ gubernatione iuvarentur, quales sunt Industrie, & alia id genus, tum ob multiplicem rerum pulcherrimarum varietatem, ex quarum lectione non exiguus fructus speratur, tum ob me-

INSTRVCTIO. I.

Aid renovationem Spiritus.

*De promo-
vendis ad sa-
ceros Ordines.*

1 **Q**UAMVIS ex constitutionibus nostri scholastici ad Sacerdotium ordinariè circa finem studiorum promovendi esse videantur; quia tamen Sacerdotes fieri non expedit eos, qui non benè in spiritu profecerint (cùm post Sacerdotium longè difficiliùs, si opus fuerit, à Societate dimittantur) cavendum est omnino, ne deinceps qui in spiritu & religiosis virtutibus non benè profecerunt, aut in vocatione stabiles & firmi non sunt, ad Sacerdotium promoveantur, etiamsi suæ bonæ existimationis jaçturam, nisi ordinentur, obiiciant. Quarè servanda diligenter est à Provincialibus Instructio de ordinandis data anno 1576. & in Consultationibus, quæ de promovendis ad ordines fiunt, quæ in eâ Instructioe præscribuntur, diligenter examinentur: & illud præcipuè accuratè discutiatur, quod ad profectum spiritua-lem promovendorum attinet: moneanturque à Provincialibus Consultores, ut ad Præpositum Generalem scribant, utrùm hæc ordinatio exactè servetur.

2 Quoniam loci mutatio plerumque mo-
rum